Diss
3088 4°
5

Diss. 3088 (5.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
DE

PROTOPRAXIA
IN CONCVRSV CREDITORVM

SECVNDVM

LEGES ET STATVTA COMITATVS VELDENSIS
(*DU PAYS DE VAUD*)

QVAM

SVB

AVSPICIIS DVCALIBVS

ILLVSTRIS
IVRISCONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRÆSIDE

SIXTO IACOBO KAPFF

I. U. D. ET PROFESSORE ORDINARIO
SERENISSIMI DVCIS CONSILIARIO

PRO GRADU DOCTORIS

MENSE AUGUSTI MDCCLXXV.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT
AUCTOR

FRANCISCUS SALOMO CHRIST. CARRARD
HELVETO-URBIGENENSIS.

TUBINGAE
LITTERIS FUESIANIS.

BIBLIOTHECA
PEGIA
VARSAVIENSIS

„parties. Si on trouve, que le Débiteur a manqué par des „pértes imprévûes & par des accidens inévitables, ſans qu'il „y ait contribué en rien, c'eſt l'ordinaire de propoſer aux „Créanciers des conditions amiables & ſupportables pour le „Débiteur, & on lui laiſſe pluſieurs fois la moîtié de ſon „bien, ou un tiers, ou même ou éngage les Créanciers à „lui avancer une ſomme d'argent pour l'aider à relever ſon „commérce, à condition qu'il s'obligera de ſon côté à leur „payer tout ce qu'il leur doit, quand il plaira à Dieu de le „méttre en état de le faire. Au contraire ſi les Commiſſai„res trouvent, qu'un Négotiant s'eſt conduit en fripon, & „qu'il a fait banqueroute dans le déſſein de tromper ſes cré„diteurs, qu'ils découvrent par éxemple, qu'il a tenû de faux „livres, ou qu'ils le ſurprennent avec des billets de banque „contrefaits, ou de prétendües commiſſions, alors ils en „agiſſent avec beaucoup de ſévérité, & non contens de ſai„ſir ſes livres & ſes éffets, ils le méttent en priſon, & lui „infligent des punitions corporelles, jusques la même qu'ils „le condamnent à la mort, ſi la banqueroute eſt accompa„gnée de circonſtances odieuſes. Mais ſi le Débiteur n'eſt „que malheureux, les Commiſſaires émploient tout ce qu'ils „peûvent avoir de Crédit, pour forçer les Créanciers à ac„cépter les conditions, qu'il leur préſente. En éffet ce parti „eſt le meilleur pour eux, car s'ils en agiſſoient à la rigueur, „& qu'ils miſſent le pauvre homme en priſon, ils ſont obli„gés de le nourrir & de l'éntretenir ſelon ſa qualité, & après „qu'il y a été un certain temps, ſans qu'ils puiſſent prouver „qu'il a un fond ſuffiſant, il eſt admis a prêter ſerment, qu'il „n'a pas 40. florins vaillant outre ſes habits & les mêtiers de „ſes ouvriers, après quoi on le met en libérté. Mais il doit „bien prendre garde de ſe parjurer, car alors il eſt puni ſans

„miſéricorde. Ces commiſſaires au reſte ſont payez par le „Souverain, & ne reçoivent pas la moindre choſe des débi„teurs & des créanciers pour tout ce qu'ils font. Ils méri„tent toutes ſortes d'éloges pour leur promptitude à réndre „ſérvice à ces pauvres Marchands, qui après avoir mené une „vie irréprochable viennent à faillir par des pértes & des „diſgraces qu'ils ne pouvoient prévoir. Lorsque les Débi„teurs ſont réduits a ne pouvoir ni payer leurs Créanciers, „ni maintenir leur famille, ces Commiſſaires pouſſent la bonté „jusqu'à préndre leurs énfans & les énvoyer dans les Hôpi„taux, & il arrive même pluſieurs fois, qu'ils ſollicitent les „Bourguemaîtres en leur faveur, & qu'ils les prient de don„ner quélque emploi à ces malheureux.

§. VIII.

Sed hæc ſufficere queunt, quamplurima adhuc ſuperſunt capita, quæ intacta relinquere coactus ſum brevitatis amore. In illis, quæ dixi, paucis omne non puto tuliſſe punctum, neque jus vetus & obſcurum, aut arcana Juris penitus abſcondita detexiſſe; hoc illis, probe ſcio, illis ſolum conceſſum, qui per longum tempus *Cujaciorum*, *Briſſoniorum*, *Merillio-rum*, *Gothofredorum*, *Bynckerſhœkiorum*, *Huberorum*, *Noodtiorum*, *Schultingiorum*, *Heineccíorum*, *Thomaſiorum*, aliorumque Juriſprudentiæ luminum opera diurna nocturnaque manu verſarunt; & inter hos quidem „

— — — Pauci, quos æquus amavit
Jupiter, aut ardens evexit ad Æthera virtus,
Diis geniti potuerẽ.

PRAESIDIS

EPISTOLA

AD

DOCTISSIMUM DOMINUM AUCTOREM

Neque ob ſpatium, quod ſupereſſe video, neque, quia conſuetudo ita fert, ſed ex ſinceriſſimo animi adfectu, TE Prænobiliſſime Domine Doctorande, *ſine publica gratulatione de feliciſſimo hoc ſtudiorum* TUORUM *academicorum fine, dimittere non poſſum. In ſcholis noſtris, quibus hactenus aſſiduus attentusque interfuiſti, et in examine publico tantam Collegio noſtro eruditionem comprobaſti, ut ſummis in Iure honoribus digniſſimus omnino judicatus fueris. Addis Diſſertationem hanc non minus egregiam, quam totam* TUAM *eſſe publice teſtor. Optime hujus libelli academici argumento de legibus Patriæ* TUÆ *duleiſſimæ mereris, in qua ut omnia* TIBI *ex voto cedant, animitus precor, & ut mei quoque memoriam abſens ſerves, oro rogoque. Vale.*

Errata omnino corrigenda.

Pag. 4. l. 8. pro: Latini Auctores varie hoc efferunt. lege: *Conciu-fum creditorum pati latini auctores varie efferunt.*

P. 4. lin. antepen. pro: vivi, l. *viri*

P. 9. l. 2. deleatur *cum*

P. 14. l. 2. pro: ac non l. nec ne.

eod. circa finem pro optime l. tam apprime

P. 15. in fine pro: derabais l. de rabais

PRÆFATIO.

In tantam molem paulatim excreverunt juridicæ Dissertationes, ut fere jam *sint multorum camelorum onus.* Inde sæpenumero contingit, ut doctoralem lauream ambientes antequam idoneam Dissertationis materiam invenerint, dubii per tempus non modicum & incerti hæreant.

Mihi vero non diu quærendum nec longe petendum fuit scribendi argumentum; id patria suppeditarunt jura. Etenim si verum est quod Dn. BEITLER JCtus & Mathematicus eximius asserere haud dubitat, *omnes fere materias Juris Romani, crebris eorum qui ante nos scripserunt Dissertationibus eum in modum repetitas esse, ut quid diligentiæ studiosi manserit reliquum vix appareat,* a) benevolus lector tanto lubentior approbabit argumentum meæ Dissertationis, non quidem elegantia scriptionis, sed novitate tamen pro parte commendabile.

A Cæ-

a) In Præf. ad Diss. *de Antichresi & Interusurio*, Tubingæ A. 1767. sub præsidio Viri perillustris Dn. God. Dan. HOFFMANNI defensa.

Ceterum ſcripti hujus, quod e multis aliis ſelegi argumentum, id teſte Excellentiſſimo Dn. Prof. GMELIN *a*) *præ reliquis uſu quem præbet quotidiano, admodum ſe commendat. Luxu enim atque intemperantia indies magis magisque increſcentibus, ita quidem omnibus ſuis fortunis cives exuuntur, ut illæ ne creditoribus quidem ſolvendis ſufficiant. Concurrunt inde creditores frequentes, qui, quum debitor nominibus ſolvendis impar ſit, de potioribus juribus inter ſe concertant, creditisque ſuis ſinguli prærogativas quasdam, per ſæpe imaginarias, præ reliquis ſibi vindicare ſtudent. Subnaſcuntur inde in Judiciis noſtris tot tantique* Creditorum Concurſus, *luculentiſſimum depravatorum ſæculi morum teſtimonium.* Et, quod jam B. Joh. Gottlieb HEINECCIUS tradidit *b*): *Si usquam, hic ſane diligenter ſingulorum locorum ſtatuta ſunt conſideranda atque perpendenda.*

a) In præf. ad Diſſ. *de Concurſu creditorum materiali ejusque differentiis potioribus a Formali.* Erlangæ A. 1775.

b) HEIN. Comp. Pand. part. VI. T. V. §. 270.

CAPUT I.

PRÆCOGNOSCENDA QUÆDAM CONTINENS.

§. I.

De *Protopraxia in Creditorum Concurſu* ſcripturo, merito ab harum vocum definitione, origineque, auſpicandum eſt.

Protopraxia, nihil aliud eſt, quam *quædam prærogativa, qua unus Creditorum concurrentium in ſolutione alteri præfertur a)*. Vocem hanc origine græcam ex duabus aliis πρωτος *primus* & πραξις *actio*, compoſitam eſſe omnes norunt. Henr. STEPHANUS in aureo illo opere quod *Theſaurus linguæ Græcæ* inſcribitur, de hac actione ita ſcribit: προτωπραξία eſt prima actio, ceu quod primum exigitur; το πρῶτον εἰς πραττόμενον ſive απαίτούμενον, & vocatur ab aliis *Jus præferentiæ*.

Creditores porro ULPIANO dicuntur; *Illi quibuscunque debetur, ex quacunque actione vel perſequutione L.* 10. *ff. de V. S.*

Concurſus 1) tandem hic denotat *Judicium univerſale inter creditores concurrentes, ut ipſis, ſententia Judicis,* 2) *ex bonis debitoris ſecundum cujusque prærogativam quantum poteſt ſatisfiat.* Hinc vocatur proceſſus *Prioritatis, Liquidationis, Edictalis*, quia per publicam citationem proceditur, germ. *Gannt-Proceß*, quia finitum demum proceſſum, ſequitur ſubhaſtatio 3) *Verganntung*. *b)*

1) *Con-*

a) Ita definitur recte a D. DEGINCK in diſſert. *de Protopraxia in Conc. Creditorum, Argentorati* A. 1672. def.

b) LAUTERBACH in colleg. pract. Pand. ad T. de rebus aut. Jud. poſſid. §. 20.

1) *Concurſus* ait LEYSER *a)* res antiqua, vox nova. Nomen *Concurſus Creditorum* in Corpore Juris non reperitur niſi forſan huc trahas L. 8. §. 1. D. *Qui pot. in pig.* ubi *duo Creditores in pignore concurrere* dicuntur. Latini auctores varie hoc efferunt, & modo *decoquere*, modo *non ſolvendo fieri*, modo *foro cedere*, modo *bonis cedere*, modo *conturbare* dicunt, ut Cicero pro Plancio Cap. 28. & Martialis L. IV. Ep. 9 quo adulatorium magis vix reperiri poteſt.

Quantum jam ſuperis, Caeſar, coeloque dediſti,
Si repetas, &, ſi creditor eſſe velis;
Grandis in aetherio licet auctio fiat Olympo,
Coganturque Dei vendere, quidquid habent:
CONTURBABIT *Atlas, & non erit uncia tota,*
Decidat tecum qua pater ipſe Deum.
Expectes & ſuſtineas, Auguſte, neceſſe eſt:
Nam tibi, quod ſolvat, non habet arca Jovis.

2) Ex eo quod *Judicis ſententia* opus ſit, facile patet debitore mortuo vel bonis ceſſo, non ferro, ſed ut ipſis HUBERI verbis utar, *doctis dictis ſingulos pecunias ſuas repetere debere; qua in re multa opus eſt prudentia ut fiant ex arte ſine marte, dispartiti vivi, dispartiti ordines; b)* vel ut elegantes id exprimit *L. 7. D. ad L. Jul. de vi privata; ſibi jus Creditores dicere* omnino prohibitum, alioquin juſtitia, quæ præcipuus Jurisprudentiæ finis eſt, tolleretur, vitamque piſcium viveremus ubi major devorat minorem.

3) *Subhaſtatio* hic ſignificat *venditionem quæ fit ſub haſta vel auctione publica. c)* Obſervatu vero haud indignum, vo-

a) vid. LEYSER ſpecimine ff. 478. Meditatione 1.
b) HUBER præl. ad ff. ad T. qui pot. in pign. §. 1.
c) Dn. HELLFELD in compendio Pandectarum §. 974.

vocem Gallicam *Subhaſtation* ſenſum longe diverſum apud nos habere, ubi *Subhaſtation* eſt, *l'acte de poſſéſſion que la Juſtice accorde au Créancier ſur les biens du débiteur pourſuivi en payement* L. IV. f. 529. & ſeqq. *a*) & conſequenter ſubhaſtatio idem eſt ac in poſſeſſionem miſſio.

§. II.

Cauſa huic Judicio datur vel I.) a Debitore bonis cedere parato, vel II.) a Judice ex officio.

1) *Si debitor bonis cedere paratus ſit*, primum omnium ſe coram Judice competente ſiſtere, triſtemque qua urgetur neceſſitatem ei enarrare debet *b*), eo fine, ut obtineat inſtrumentum 2) quo probare poſſit, ſe nullo alio modo creditoribus ſatisfacere poſſe. Quod inſtrumentum cauſſa cognita ei non denegabitur. Hoc munitus 3) Præfectum, *le Baillif*, adeat, illudque ei exhibeat, ut ita veniam *bonis cedendi* impetret. *c*) Qua conceſſa 4) Præfectus Curiæ ſuæ præfectoriæ, *à ſa cour Baillivale*, ſi debitor ei immediate ſubſit, vel Curiæ Judiciali, *à la Juſtice*, Mandato concurſus curam committit. Non tamen opus eſt, ut omnes Curiæ Judicialis vel Præfectoriæ Aſſeſſores, curam hanc ſuſcipiant, impenſæ enim ſtudioſiſſime vitandæ; ſed in hoc caſu conſtituunt Curiam Edictalem, *une cour Edictale*, cujus officia in §§§phis 8, 9, 10, 11, 12, 13, 18, explicantur. Hæc conſtat ex Caſtellaneo, *Châtelain*, vel vice Caſtellaneo, *d'un Lieutenant*, duobus Curiæ præfectoriæ, vel

a) Dictionnaire des termes du Coûtumier du Pays de Vaud pag. 53.

b) BOYVE dans ſon commentaire ſur les Loix & Statuts du P. de Vaud, ad L. I. f. 561. & Celeb. Dn. PILLICHODY in ſuo Eſſai ſur le Coûtumier pag. 273.

c) SEIGNEUX introd. C. 38. §. 4.

vel judicialis Aſſeſſoribus, *de deux Aſſéſſeurs baillivaux ou de deux Juſticiers*, 5) defenſore, *d'un Curateur ou Défenſeur*, & actuario, *d'un Curial ou Secretaire.*

II. *A Judice ex officio cauſa huic judicio quoque datur debitore invito*, quod fit tribus modis. 1. Quando poſt corporalem comprehenſionem ſolvere debitor non potuit. 2. Si non ſolvendo aufugerit. *a*) 3. Hæreditate repudiata arg. L. II. f. 335. §. 2. Duobus prioribus caſibus magiſtratus ſigilla apponunt, & ad Præſidem omnia referunt, ejús mandata expectaturi. In poſteriori non item, ſed, ut quidam volunt, propria auctoritate rem expediunt ex eo quod L. II. f. 335. judicibus ipſis proceſſum committit, *b*) qui deinde litis Curatorem conſtituunt ex L. IX. f. 567. in qua expreſſe: *En cas qu'une hoirie prétendue a diſcuter ſut vacante d'Héritiers, ou bien apartenante a des énfans pupilles, ſoit a quélques pérſonnes imbéciles d'Eſprit, la Juſtice devra commettre & députer un Curateur ou Procureur pour les défendre, & ſoppoſer aux demandes des intervenans & oppoſans, le quel ſera ſalarié ſelon ſon labeur, a la taxe & connoiſſance du Juſticier.*

1) *Ceſſio bonorum* eſt *actus quo obærati, ſi per fortunæ injurias ſolvendo non ſint, bona ſua omnia Creditoribus permittunt, ut inde in quantum ſufficiant ipſis ſatisfiat. c*)

Primus omnium Julius Cæſar id beneficium introduxit in Italia teſte Suetonio, ſed poſtea jam ante Diocletiani tempora id & ad provincias eſt porrectum *L. 4. C. qui bon cedere poſſ.* Id quod hodie uſu frequentiſſimum eſt.

Quid ſi in carcere ſit obæratus, tunc per procuratorem bonorum Ceſſionem petere poteſt, obtentæ quæ ſunt effectus

1.

a) BOYVE ad L. I. f. 561. *b*) Id. ad L. IX. f. 567.
c) HEINECCIVS in compendio Pand. part. VI. §. 249.

1. Quod debitor ſtatim liberetur, 2. obſervante jam BOYVIO; *s'il y a des capiatis contre lui ils ſont levés, & toute levation de gage eſt ſuſpendûe a)* Hinc eſt quod bonorum Ceſſio *Beneficium*, ſed *flebile auxilium, & miſerum adjutorium* in Jure elegantiſſime vocetur.

2) Quod inſtrumentum vocant *un Acte de Néceſſité. b)*

3) *Il eſt éſſentiel de ſavoir avant toutes choſes*, inquit vir de Jurisprudentia noſtra per egregie meritus; *Que celui qui demande la Diſcuſſion de ſes biens, & par conſéquent en fait céſſion a ſes Créanciers, n'eſt pas dépouillé incontinent de leur propriété; cela n'arrive que par les véntes & les collocations.* D. PILLICHODY ad L. I. f. 561. *c)*

4) Quod & L. IV. f. 281. Noviſſimi Cod. Bernenſis de A. 1762. conforme. Primum enim L. III. f. 281. præcipit. *In der Stadt und dem Stadt-Gericht, mag niemand anders den Gelts-Tag bewilligen, als Unſere Appellations-Cammer: Deren ſolcher Gewalt ſonderbar übergeben worden.* Dein Lex IV. addit: *Auf dem Land hingegen iſt es Unſer Amtmann des Orts, der den Gelts-Tag bewilligen ſoll. Es ſey dann, daß ſolchen Orts Recht und Gewohnheit darüber etwas anders mit ſich bringen.*

5) Hi vocantur *Comis* vel *Commiſſaires de la Diſcution*, Germ. *die Gelts-Verordnete.* Duo plerumque conſtituuntur. Nunquam ne plures? Reſp. cape ex L. IX. f. 283. N. C. B. *Wann jedennoch der Gelts-Tag ſonderbar wichtig und weitläuffig wäre, ſo mag man die Zahl der Gelts-Verordneten, bis auf vier vermehren.*

§. III.

a) BOYVE ad leg. I. f. 561.
b) D. SEIGNEUX introduction a la pratique &c. C. 38. §. 3.
c) Adde DOMAT loix Civiles lib. IV. ſect. I. §. 6. & L. 3. D. de ceſſ. bon.

§. III.

Conſtituitur autem hic Curator, qui & Procurator & Defenſor vocatur non in caſibus ſolum in l. alleg. propoſitis, ſed & in omnibus aliis, licet debitor bonis ceſſus major ſit, & juris peritus; imminet enim periculum eum quibusdam præ ceteris creditoribus favere. Præſens tamen eſſe poteſt. *a*)

§. IV.

In hoc vero conſiſtit defenſoris officium: 1. Curam bonorum in ſe ſuſcipit. *b*) 2. Exceptiones, ſi quæ ſint, creditoribus opponit ceu patet ex l. alleg. IX. Juramentum purgatorium defert creditoribus, qui ſe offerunt ut inſcribantur. arg. L. XII. f. 569. ut & debitori, ejusve uxori, liberis & famulis, eo fine ut omnia bona nota faciant ſine fraude. *c*) Sed 4. quotiescunque diſceptatio quædam inter creditores de prioritate oritur, exactiſſimam neutralitatem obſervare tenetur. *d*) 5. Tandem cum MEVIO *e*) putarem, Eum Juris peritum eſſe debere, ut fidem nominum examinare, agnoſcere vel diffiteri, & ut totum proceſſum promovere queat. Plura de hac re ſcire cupienti conſulendus BRUNNEMANN *in Conc. cred. I*, 10. *ſq. ut quoque inter noſtros, Johannes Jacobus* LEV, *in ſuo jure Helvetico part. I. pag.* 496.

§. V.

Concurſus moveri debet coram judice debitoris; licet debitor creditores provocet, *Eſt tamen reus qui petit ut creditores agant & jura ſua deducant. f*) Judex autem competens eſt judex

a) BOYVE ad L. IX. f. 567. *b*) BOYVE ad L. IX. f. 567.
c) Idem ad L. II. f. 561. *d*) Id. ad L. IX. f. 567.
e) MEVIVS p. 4. dec. 86.
f) SALGADO in Labyrintho cred. p. 1. c. 2. num. 4.

judex domicilii debitoris. 1) L. I. f. 561, & L. XXI. f. 577. Exceptio tamen eſt in civibus Bernenſibus; hi enim, cum quocunque in loco domicilium habeant, Judices habere tenentur tribum cujus membra ſunt. *a*)

Sed quid ſi debitores Vaſalli ſint? R. aut debitor Vaſallus eſt aut Subvaſallus; Vaſalli judex competens eſt Præfectus cum aſſeſſoribus, *b*) Subvaſalli vero ipſe Vaſallus, a quo tamen ad Præfectum provocari poteſt. Ad utrosque vero hæc exceptio pertinet, quod ſi non in terris feudalibus habitent, ſed in aliqua urbe cujus cives ſunt, *tunc locus domicilii præferendus ſit* L. III. f. 359. §. 4. 2)

Quid ſi verbi divini Miniſtri? R. Vaſallis æquiparantur, eumdemque ſortiuntur judicem. 3) arg. l. all. §. 5. quod & ad Vicarios *c*) miniſtrorumque viduas porrigunt. *d*)

1) Quibus addi poteſt L. I. f. 280. N. C. B. quæ dicit, *der Gelts - Tag allemahl da bewilliget und auch verführt werden ſoll, wo der Vergelts-Tager mit Feuer und Licht ordentlich geſeſſen iſt.*

2) Sed ad quem provocari poteſt, puta ſi res non ſit inferiorum Tribunalium competentiæ? R. ad Supremam Curiam non ad Senatum, ſecundum Edict. de A. 1713. PILLICHODY pag. 274. In genere id de omnibus negotiis civilibus poteſt prædicari nam ait Perilluſtris Lauſannenſium Judex Dn. SEIGNEVX; *e*) *Toutes les cauſes civiles de quelque importance quélles ſoient, ſont jugées ſouverainement & irrévocablement, par l'Illuſtre & Suprême Chambre des*

a) BOYVE ad L. VI. f. 565.
b) Conf. SEIGNEVX introd. Cap. I. §. 21.
c) BOYVE ad L. XXI. f. 577.
d) Vid. SEIGNEVX int. &c. Cap. I. §. 22.
e) SEIGNEVX Introduction à la pratique du Bareau Chap. I. §. 27.

des appellations Romandes, a moins que l'une ou l'autre partie plaidante ne ſe trouve être bourgeois de Berne, au quel cas l'affaire peut encore être portée en réviſion en Deux Cents.

§. VI.

Cæterum quoad bona debitoris hoc obſervandum eſt: Ea omnia ubicumque locorum Bernenſi Reip. parentium ſita ſint in concurſum intrare, commodoque creditorum verti poſſe, quod non fit ſi debitor bona poſſideat in terris vicinis, L. VI. f. 565, niſi permittente illarum terrarum Judice, & conſentientibus creditoribus quædam jura in his bonis habentibus. *a*)

Cur autem hæc varia bona confundenda non ſint, ratio haud obſcura. Leges enim de privilegiis creditorum in ſingulis ſtatibus variæ ſunt, adeo, ut quis haud raro per leges Bernenſes aliter, aliter ſecundum Genevenſes collocandus ſit. 2. Nullus Judex poteſt inveſtituram fundorum concedere præter Dominum loci in quo res ſita.

Veniam tamen facile impetrabit ſtatus ab altero, ſub ſequentibus conditionibus:

1. Creditores collocabuntur ſecundum legem, cui fundi ſunt ſubjecti.
2. Actuarius concurſus, acta Collocationum judici, fundorum diſtractionem permittenti, referre tenebitur ut ea confirmare poſſit.
3. *Laudemia debita, a Collocatis ſolvenda erunt.* 1) 2)

1) Supra dicta præjudicio firmabo, de quo de BOYVE loquitur ad L. VI. f. 565. En ipſa illius JCti verba: "*Sans cette permiſſion les biens d'un état voiſin ne peuvent être diſcutés dans celui ci; Il y a un exemple fameux d'un bourgeois de Bérne,*

a) BOYVE ad L. VI. f. 565.

„ *Bérne, qui ayant mis ſes „biens en diſcuſſion en y com- „prenant ceux qu'il poſſédoit „riére la Comté de Neufchatel, „les collocations en furent ané- „anties par arrét du Conſeil „d' Etat du 24. Oct. 1724. qui „ordonna une nouvélle diſcuſ- „ſion des dits biens a St. Blai- „ſe, la ou les Créanciers fu- „rent colloqués ſelon leur datte, „à forme de la coutume de „Neufchatel, bien différénte de „celle de Berne, ſurtout en un „point éſſentiel, en ce quà Neuf- „chatel on n' y a point dégard „en colloquant aux hypothè- „ques ſpeciales, mais ſimple- „ment à l'ancienneté de la dat- „te des obligations, la plus „vieille eſt pourvue la premie- „re; Il en eſt de même ſuivant „quélques autres coutûmes, ou „l'on ne pérmét point aux Dé- „biteurs de faire des léttres de „rénte en faveur de leurs Cré- „anciers.*"

2) Quod ſi his invitis venia illa denegetur, tunc, *on devra en informer* LL. EE. *par la voïe du Baillif, & ſe conduire ainſi qu'il conviendra, & ſelon les ordres qu'on reçevra la deſſus.* D. PILLICHODY ad L. VI. f. 565.

§. VII.

Hoc Judicium ut lites abbrevientur *eſt ſummarium*, & quidem per Edictum de Anno 1591. intra 3. Menſes 1) abſolvendum, *a moins*, (ut in L. XVI. f. 573.) *que les contéſtations des parties ne ſoient cauſe de plus longue retardation, a quoi les Baillifs & les Juſticiers devront obvier & empêcher tant que faire ſe pourra.* Poſtea Edictum de anno 1708. terminum præfixit 6. ſeptimanarum. Conf. Leges IX. X. & XI. f. 288. N. C. B.

1) *Ce térme de 3. mois eſt trop court pour toutes diſcutions indifféremment; mais il faut conclure de la loi, qu'on doit les finir & términer le plûtôt poſſible, ſans délai.* D. PILLICHODY ad L. XVI. f. 573.

§. VIII.

Permiſſo à Præfecto concurſu, Lex I. fol. 561. curia Edictalis *a*) exordium facit ab exacto inventario bonorum mobilium & immobilium debitoris, L. II. f. 561. quem Curator litis *b*) jurejurando, ut ea omnia declaret & exhibeat absque dolo vel fraude, cogit; quod ſi recuſet in carcerem mittitur L. II. all. Si vero debitor Pupillus ſit, pro eo Tutoribus; l. all. §. 2. Si mortuus, famulis, uxori, liberis & vicinis juramentum illud deferri poterit, ut & eo caſu ſi tutores quantitatem bonorum ignorent. *c*) *Sed quid ſi hi falſa dolo malo dixerint?* R. graviſſime ex L. II. f. 521. plectuntur, non ut fures tantum, ſed & ut falſarii.

§. IX.

Inventario confecto, bona mobilia & immobilia taxare & æſtimare debent viri honeſti & periti ad hoc ipſum conſtituti. Quo modo autem hæc taxatio fieri debeat, ipſa L. III. f. 563. docemur, nempe: *Selon qu' ils pourront valoir argent comptant, mais ils ſeront avértis en ce faiſant, d'avoir egard aux cénſes & autres charges, aux quelles les dits biens immeubles ſeront affectés.* 1) Plura videſis in *L. L. IV. f.* 568. *& VII. f.* 565. *& XV, XVI. f.* 290. *N. C. B.*

1) Qui bona taxant ſibi ſemper ob oculos auream hanc regulam perilluſtr. Dn. PILLICHODY proponere debent, *ſi les taxes ſont trop hautes, c'eſt une pérte pour le créancier colloqué, mais ſi elles ſont baſſes, ce n'en eſt pas une pour les créanciers pérdans, ni pour le diſcutant, à cauſe du retrait qu'en pourront faire ceux la en la maniere indiquée ſur la Loi X. f.* 77. *ce qui doit ſ'ervir d'avértiſſement aux taxeurs pour ne pas excéder. p.* 277.

§. X.

a) vid. ſup. §. 2. *b*) BOEHMER ad L. II. f. 561.
c) BOEHMER ad L. II. f. 561.

§. X.

Æstimationem hanc sequitur *Creditorum Edictalis citatio*, 1) circa quam sequentia observanda sunt: I. Debitor, omnes Creditores quibus obligatur nominare debet, locumque eorum domicilii indicare, ut ibi Concursus publicetur L. V. f. 563. §. 1. Neque sufficit monitio, quæ plerumque inscribitur in novellis publicis, quas *Gazettes* vocant, has enim non omnes legunt; sed requiritur abscisse *Edictalis citatio* in omnibus locis, de quibus debitor creditores indicavit 2) facienda, quia omnes scire tenentur, quæ Albo (*au pilier public*) affixa sunt. *a*)

II. Edictum conficiendum & signandum est ab Actuario Curiæ judicialis loci in quo Concursus moveri debet l. all. §. 2. & præterea sigillo præsidis Consilii Judicum muniendum, quod si ad vicinos v. extraneos mittatur, requisitionem veniæ illud locis solitis affigendi contineat necesse est. *b*)

III. Hoc Edicto omnes illi, qui se jura quædam in bonis debitoris aut omnibus aut in eorum aliqua parte habere contendunt, citantur ut compareant die & loco statutis coram Judice, ut ibi actiones & exceptiones suas proponant, titulosque & jura allegent, hocque modo credita probent. l. all. §. 3.

IV. Creditores iterum atque iterum citandi sunt tribus distinctis publicationibus; si vero post ultimum terminum non veniant, minime amplius audientur. L. V. f. 563. §. 4. Distinguendum tamen erit hoc casu, *an Concursus finitus & absolutus sit, vel non?* Si prius, nempe si Concursus finitus, creditoresque collocati sint, suis juribus tunc tam sero veniens Creditor cadit neque ullus ipsi regressus datur. *c*) Si vero lis adhuc pendeat, tunc iterum

a) BOYVE Comm. ad L. V. f. 563. *b*) BOYVE ad l. all. §. 2.
c) *vid. Celeb. Dn.* PILLICHODY *ad L. V. f. 563.*

rum diſtinguendum, utrum ille Creditor citationis notitiam habuerit, ac non? Si habuit, mandato Præſidis reſtitui poterit & inſcribi, dummodo fruſtraneas impenſas ſolvat ex mora oriundas. *a*) Si non, hoc eſt, ſi Edictum apud eum non ſit propoſitum, tunc ne quidem Præſidis mandato opus, & nihil præter impenſas interventionis & emolumenta collocationis debet: *b*) id quod procul dubio in incognitorum Creditorum gratiam eſt introductum, apud quos ſcilicet Edictum proponi non potuit. 3)

1) *Citatio Edictalis* eſt ea, quæ fit per *Edictum* publice propoſitum l. 1. §. 1. D. *de agn. & alend. lib.* l. 68. ff. *de judic.* Hæc citatio eſt extraordinaria & hinc patet, ei ordinarie locum non eſſe, niſi vel lateat reus, vel ipſius citati interſit, rem ad ejus notitiam pervenire. Talis eſt Edictalis Citatio creditorum in concurſu HEINECC. *Comp. ff. part.* 1. § 284. *in nota.* BRVNNEMANN *de Conc. Cred. C.* 11.

2) Neque ſolum in illis locis, ſed & in loco domicilii debitoris, & in eo cujus civis eſt, quamvis nulli ibi Creditores adſint, publicari concurſus debet, ut ita omnes cognoſcere poſſint, quando & ubi bona plus licitanti vendenda ſint. *c*)

3) Sed quid ſi Creditores fidejuſſores habeant? Ad hanc quæſtionem optime reſpondet D. BOYVE, ut illius verbis uti non dubitem. *Pour ce qui eſt des Créanciers qui ont des Cautions, les uns en ont de* ſolidaires, *les autres de* ſimples; *Ceux qui en ont de ſolidaires ſont en droit de leur faire préſénter leurs titres, pour ſe colloquer dans le décret, & en cas de refus de le faire les dits Créanciers leur font ſavoir qu' ils ſe préſenteront en diſcution aux périls & riſques des dits; Mais ſi les Créanciers n'ont que de ſimples cautions, ils doivent intérvenir eux mêmes*

a) BOYVE ad l. all. PILLICHODY eod. p. 267.
b) Idem ad d. L. V. f. 563. Id. eod. *c*) Id. ad L. V. f. 563.

mêmes en leur faisant préalablement notifieur leurs protéstes, pour recourrir contre elles, en cas qu'ils ne puissent être payés, on qu'ils soient exposés à quélques pértes sur leurs collocations en les leur cédant. Plura videsis apud D. PILLICHODY ad l. all. f. 563.

§. XI.

V. Tandem notatu dignum, debitores quoque illius, qui bonis cessit, citari, ut debitorum suorum rationes subducant. Cum autem hi debitores vel eidem Jurisdictioni subsint in qua concursus movetur, vel aliis; elegantissimam hanc in rem quæstionem proponit perill. BOIVE *a*). *Si les debiteurs de ces autres Iurisdictions sont obligés de souffrir que les Comis de la discussion liquident & réglent leurs dettes?* R. *On decide que tous les debiteurs étrangers, quoique cités à cet éffet, ne sont point obligés de comparoître, ne pouvant être distraits de leur Juge ordinaire; mais quand aux Ressortissants de la même Jurisdiction, ou la discussion se tient, étant cités, ils doivent comparoître, soit pour accépter le reglement, ou pour offrir le droit devant la Justice: Dès la il ne réste au Défenseur d'autre parti, que celui d'actionner ces débiteurs étrangers, ou d'en laisser le soin aux créanciers qui seront colloques sur eux.*

§. XII.

Prædicta bona plus licitanti vendenda postea erunt, L. VIII. f. 567. ut pretio inde redacto Creditoribus satisfieri possit. 1) Vendi autem debent in loco ubi concursus movetur quantum fieri potest.

1) *Il y a cette différénce éntre l'échûte des mises en fait de subhastations, & celles en fait de Discussions que les fonds des premieres sont mis en crie au tiers derabais de la taxe. L. VIII. f. 537. au lieu qu'en celles des dérniéres ils ne sont criés qu'au quart de rabais, ny plus bas ny plus haut; Et quand à la mise des meubles la règle est égale & pour les discussions, & pour les subhastations. voi la L. V. fol. 531.* BOYVE *ad L. VIII. f. 567.*

a) ad L. VII. f. 565.

§. XIII.

§. XIII.

Licitari omnibus permiſſum, niſi quod Edictum de An. 1711. ſub *pœna nullitatis & impenſarum*, id interdicat Præfectis, Caſtellaneis, Actuariis, Commiſſariis, &c. quod & confirmatum L. XXII. f. 293. noviſſimi C. Bernenſis de A. 1762. *Es ſoll an Steigerungen, bey Gelts-Tagen, den Gelts-Verordneten, ſo den Gelts-Tag verführen, wie auch dem Schreiber und den Schätzern, deren man ſich bey dem Gelts-Tag bedienet, gänzlich verbotten ſeyn, auf die verſteigerten Stücke zu bieten; bey Straf Unſrer Ungnade: Wie dann ferners ein ſolcher Kauf weder Kraft noch Beſtand haben: Und der widerhandlende alle daher aufgeloffene Koſten abtragen ſoll.*

§. XIV.

Extenditur hæc lex ad patrem matremve, liberos, fratres, ſororesque debitoris decocti. *a*) Si vero licitari velint, per procuratorem id agant neceſſe eſt.

§. XV.

Quæ emuntur bona, vel mobilia, vel immobilia ſunt. Iſta nonniſi parata pecunia *b*), hæc intra ſex menſes a die venditionis, & quidem cum uſuris quincuncibus pro rata temporis ſunt ſolvenda L. XIV. f. 571. §. 1.

§. XVI.

Cum autem emptorum valde interſit, ut quoad res emptas ſecuri ſint, L. XV. fol. 573. ab omni retractus jure tuti declarantur, unico caſu legis X. fol. 77. excepto: *Cas avenant qu'un Créancier fût pérdant en une diſcution pour ny avoir eû à ſuffiſance des biens du Débiteur, & éſtiuat que quélques biens ou piéces eûſſent été véndues ou remiſes à d'autres Créditeurs, à prix trop vil, ou bien qu'il auroit eû*

a) FELICHODY ad L. VIII. f. 567. p. 273. *b*) Id. ad L. XIV. f. 571.

eû des pieces données en payement, il pourra, pour jouir de la prévaillance, retirer à ſoi tels biens & piéces, en payant & rémboursant aux acheteurs ou colloquez leurs prix & ſommes capitales avec les intérêts (moyennant qu'ils n'euſſent encore retiré les priſes, utilitez & revenus des dites pieces) comme auſſi les lods, façons de lettres & autres deniers légitimement déboursez; de même que les réparations néceſſaires qu'ils y pourroient avoir fait. Les quelles rétractions du Créancier pérdant, ſe devront faire dans le térme & temps d'un an entier, à compter dès la date des dites venditions, la quelle année paſſée ils n'y ſeront plus receváables. 1) Conf. L. IV. f. 306. & V. f. 307. N. C. B.

1) Peregregia ſunt, quæ duumviri doctiſſimi D. PILLICHODY & BOYVE ad hanc legem & ad L. XV. f. 573. notarunt. Sed hæc invitus omittere cogor, ne propoſitos fines excedam. Id ſolum addam cum BOYVIO: *Que s'il ſurvenoit quelque concurrence ſur un retrait entre les Créanciers, celui qui a le rang & l'antidate, doit l'emporter ſur l'autre.*

§. XVII.

Si nemo adſit, qui bona haſtæ ſubjecta emere velit, quo modo creditoribus ſatisfiet? R. exhibet L. XIII. f. 571. ubi hæc verba legimus: *S'il arrivoit, que les biens mis en diſcuſſion & éxpoſés en vente, ne pûſſent ſe vendre, faute d'Acheteur, en ce cas les dits biens devront être vendûs & colloquês aux Créanciers, non toutes fois ſelon la taxe, qui en auroit été faite, mais au quart de moins, & en donnant le choix à ceux, qui ſont à cauſe de leurs* obligations *ou autrement préférables, de prendre pour leur payement des biens & piéces miſes en diſcuſſion, celles que bon leur ſemblera, & ainſi conſéquemment en leur rang & dégré, ſelon que chûque créancier aura droit.* 1)

1) Sed obſcurus hujus legis ſenſus, quamplurimis controverſiis occaſionem dedit, Virique doctiſſimi D. PILLICHODY & D. BOYVE in diverſas abierunt ſententias; Ille æquitatis, hic juris ſtricti fautor. BOYVE in commentario ad l. all. obſervat: *Cette loi a fourni ci-devant matiere à quelque controverſe; Il y en a, qui ont crû, que les Créanciers hypothécaires étoient du nombre de ceux, qui devoient ſe contenter des collocations ſur les fonds au quart de rabais, lors qu'ils n'avoient pû être vendus à ce prix; Mais ceux, qui ont ſoutenu, que ces Hypothequaires étoient en droit de garder leurs hypotheques, ont été fondés ſur la loi, qui ne comprend que les Créanciers* par Obligations, *de même que ſur la L. VIII. de Berne f. 210. §. 2. qui ne permet pas que les hypotheques ſoient taxées, auſſi l'uſage a conſtamment & jusques ici maintenu les Créanciers hypothéquaires dans le droit de retenir leurs hypothéques, s'ils n'étoient payés d'argent comptant, ſauf aux Créanciers de ſécutive date de faire rétraction de ces fonds, en payant les premiers.*

Regerit D. PILLICHODY p. 275. *qu'en laiſſant aux Hypothéquaires leurs hypothéques, les Diſcutans perdent beaucoup, que les pauvres Créanciers de ſécutive date, qui n'ont pas les facultés de retractionner, perdent ce qui leur eſt dû, & enfin,* p. 276. *qu'il y a de l'uſure dans le fait de ces Créanciers, qui gardent pour leur payement des fonds, qui valent beaucoup au dela, & quelque fois jusques au double de ce qui leur eſt dû.*

Meum non eſt tantas componere lites. Experior heic Thomaſiani illius effati veritatem, *pleraſque Juris controverſias in utramque partem eſſe diſputabiles.* a) Arridet prorſus D. PILLICHODY ſententia, mihi, æquitatis ſtudioſiſſimo. Attamen diffiteri non poſſum, contrariam in foro triumphare opinionem, legibusque magis conformem eſſe, non ſolum L. allegatæ, quæ comprehendit tantum Creditores *par obligation*, ſed & legi VIII. f. 210. §. 2. Cod. Bern. de A. 1615. *Doch wöllend wir die Güter, ſo jemands mit Namen verſchriben, hierin nit begriffen, ſonder ußgeſetzt haben*,, qua nihil clarius.

Si vero forenſi uſu BOYVII ſententia probaretur, veræ eſſent regulæ, quas tradit ad L. XIII. f. 571.

a) THOMASIUS in præf. ad HUBERI præl.

1. *Que les Créanciers hypothéquaires ont le droit de s'opposer à la vente de leurs hypothéques, ſi on ne peut par la vente qu'on en feroit, les payer entiérement. Qu'après eux, quand ils auroient conſenti à la vente, ceux qui ſont hypothéquaires en mieux valluë, peuvent auſſi s'y oppoſer, mais en ce cas les dérniers ſont tenûs de payer les premiers.*

2. *Qu'il n'eſt pas de pratique de demander aux Créanciers la qu'elle des piéces ils agréeroient pour leur payement, ils doivent l'indiquer eux mêmes, & s'il y a concurrence, les Comis en décident, ſuivant le rang & la date des titres.*

3. *Lors que les Créanciers n'ont fait aucune indication de choix, les Comis doivent colloquer les Antidataires ſur le meilleur & le plus clair des biens.*

4. *Si le prémier Créancier qui auroit le droit de prendre une mieux vallue, en payant celui qui le précéde, ne veut point l'éxércer, ſuivant la Loi X. f. 77. ce droit retombe en faveur de celui qui le ſuit, & depuis lui jusques au dérnier.*

5. *Tant qu'il y a des mieux vallues ſur les collocations, on n'accorde aucun acte de défaut de biens, encore que les Créanciers refuſent d'en profiter; Il en eſt de même, s'il y a des mauvais papiers, à moins que les Débiteurs ne fûſſent notoirement inſolvables, pour être à la charité.*

6. *Les Créanciers ont le droit, ſi on n'a pas pû vendre au quart de rabais, de procurer une réviſion de la taxe, aux fraix de la Diſcuſſion, mais ſi elle eſt confirmée, c'eſt à leurs propres dépens.*

§. XVIII.

Præterea Caſtellanei, Actuarii & Commiſſarii, perfecto hoc judicio, rationes reddere debent. 1)

1) Hæ rationes duorum generum ſunt, *primum* nihil aliud eſt inquit BOYVE: *que le compte des réglemens, des arrangemens, des allocations, collocations, & forcluſions, qu'ils auront arrêté, afin que les parties qui s'en trouveroient grévées, puiſſent s'en faire relever par la voie de l'appel en Cour Bailivale, qu'on eſt a temps d'intimer, ſi la ſentence ne leur a pas été auparavant prononcée.* Hæ rationes redden-

reddendæ ſunt intra 14 dies a finito concurſu, ſumptibus eorum, qui eas reddi contendunt. L. XIX. f. 575.

Quoad *ſecundum*, rationum genus, in L. XX. f. 577. propoſitum, ſciendum eſt, *que la diſcution étant parfaite & finie, les intéreſſés ont le térme d'un an pour demander réviſion ou pour demander un compte en débit & crédit, qui contienne d'un côté tous les biens giſans, & de l'autre l'émploi, qui en a été fait, toutes fois à leurs dépens & par la pérmiſſion du Baillif. Ce qui n'étant fait dans ce terme, les Comis le défenſeur & le Curial ſont irréprochables, de même que les Colloqués & les Aquéreurs, qui demeurent paiſibles & légitimes Poſſeſſeurs de leurs collocations & acquiſitions, les quelles ne ſont plus ſujettes à aucune rétraction ni des Créanciers perdans ſelon la L. X. f. 77. ni des Créanciers en mieux valluë.* BOYVE *ad L. XX. f. 77.*

§. XIX.

Finis hujus proceſſus eſt *Collocatio Creditorum*, de qua in ſequentibus capitibus acturus ſum. Dico *Creditorum;* huc enim non pertinent, qui jure Dominii res proprias vindicant; quippe qui ſtatim ſeparandi, & aliis cujuscunque conditionis creditoribus indifferenter præferendi ſunt *a*). Nam *æs alienum debitoris, ex propriis ejus bonis eſt ſolvendum.* Hæc regula omnium locorum & temporum eſt. Hac autem ratione ſeparantur: 1. *Deponens*, qui rem apud alium depoſitam & adhuc extantem in bonis depoſitarii, repetit; manet enim Dominus rei depoſitæ. 2. Omnes illi, qui repetunt res debitori commodatas, & adhuc in bonis ejus exiſtentes ob eamdem cauſſam. 3. Qui rem precario conceſſit; precarium enim eatenus commodato æquiparatur. 4. Qui res locatas repetunt; nam locando neque dominium neque vera poſſeſſio transfertur. 5. Qui debito ſoluto res repetunt oppignoratas; nam debitor dominus pignoratitiæ

a) LAUT. ad tit. de rebus autoritate Jud. poſſ, v. vend. §. 14.

gnoris manet. *a*) 6. Uxores, fundos dotales inæſtimato datos adhuc extantes, repetentes; quod & moribus noſtris conforme eſt, nam ait BOYVE ad L. IX. & X. f. 585. p. 525. *Les biens fonds de la femme, qui ſont en nature, s'ils n'ont pas été donnés par éſtimation pour un prix, & ceux qui lui ſont dévolus dès ſon mariage par ſucceſſion ou autrement, lui appartiennent tellement, qu' elle les prélève ſans lods dans la diſcution de ſon Mari, à moins qu'il n'y ait des méliorations conſidérables, aux quels cas elle eſt obligée d'en payer la bonification, ſi elle veût les garder; & ſi ces biens fonds ſe trouvoient vendus ſans ſon conſentement & ſans autoriſation, comme l'ordonne la Loi II. f. 59. elle a le droit d'en évincer les poſſeſſeurs, ſauf aux évincés à ſe pourvoir dans la diſcuſſion pour leur indemnité.*

§. XX.

Sed ad propoſitum liceat propius accedere ſcopum. Majoris perſpicuitatis gratia, inquit LAUTERBACH *b*), Creditores, in V. claſſes a Doctoribus ſunt diſtributi. In I. ſunt, qui abſolutum prælationis privilegium habent, vi cujus omnibus aliis creditoribus præferuntur, in II. Hypothecarii privilegiati, in III. Hypothecarii reliqui, in IV. Chirographarii privilegiati in V. Chirographarii ſimplices. *c*)

§. XXI.

Creditores noſtros per claſſes quoque diſtinguere, non tamen easdem, haud abſurdum puto; in tam multis enim capiti-

a) Plura videſis apud LAUTERBACHIUM ad T. dereb. aut. jud. §§. 15, 16, 17. & A. LEYSERUM Specimine 479, fere toto, ubi & exceptiones a præd. reg. tradit.

b) LAUT. ad loc. alleg. §. 19.

c) HEINEC. ad ff. p. VI. §. 261.

pitibus Jus Civile a noſtro hac in re differt, ut aliam diviſionem, uſibus noſtris aptiorem eligere, non dubitem. Jam de prima Claſſe.

Caput II.

DE CREDITORIBUS, QUI ITA PRIVILEGIATI SUNT, UT IIS PRÆ OMNIBUS SATISFIAT.

§. I.

Quænam ſit prima Creditorum claſſis, vel ipſa capitis rubrica docet. In hac nempe collocantur, *qui ſingulare jus prælationis habent.* Tales ſunt 1. qui repetunt impenſas in litem, rerum æſtimationem, Inventarii confectionem factas. 2. Privilegiata quoque ſunt ſalaria Commiſſariorum, defenſoris vel Curatoris bonorum, & Secretarii judicii, aliaque judicialia impendia *a*); æquitati autem maxime convenit, ut, ſi hi ſumptus 1) commode deduci nequeant, Creditores pro rata eos exſolvant *b*) Fiunt enim in gratiam omnium Creditorum, ut ipſis juſtitia adminiſtretur. *c*)

1) Contra *Sumtus Concurſus*, ut & adverſus *Contradictores* concurſuum vehementer inſurgit Aug. LEYSER in Spec. pand. 480. quod *de Scylla & Charybdi in conc. cred.* inſcribitur. *& Spec. ſeq.* 481.

§. II.

3. Impenſæ in funus debitoris factæ, prælationis jure gaudent *d*) Quid ſint hæ impenſæ? explicat L. III. f. 296. nov. Cod.

a) BOEHMER ad L. I. f. 579.
b) MEVIUS p. 6. dec. 83. BRUNNEMANN. in ſuo tract. de Conc. Cred. C. I. §. 12.
c) LAUTERBACH. Coll. ff. in L. 42. T. V. §. 27.
d) BOEHMER ad l. all. I. f. 579.

Cod. Bernenſis de A. 1762. *Wann es um eines Verſtorbenen Verlaſſenſchafft zu thun wäre, ſo ſollen deßgleichen die Begräbnüß-Köſten aus deſſelben Vermögen, vorläuffig bezahlt werden; Und zwar ſollen unter die Begräbnüß-Köſten auch die Leid-Kleider gerechnet werden, die man des Verſtorbenen Frauen und Kindern, zur Nothdurft, anſchaffen muß.* 1) Sumptus autem funeris debent eſſe modici pro defuncti qualitate & loci conſuetudine. *a*)

1) Jure Romano: *Sumptus Funeris cauſſa factus*, videtur is demum, *qui ideo fuit ut funus ducatur, ſine quo duci non poſſit: ut puta ſi quid impenſum eſt in delationem mortui: Sed & ſi quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferretur funeris cauſſa videri impenſum* LABEO *ſcribit: quia neceſſario locus paratur in quo corpus conditur L. 14. §. 3. ff. de Relig. & ſumpt. fun.*

Impenſa peregre mortui quae facta eſt, ut corpus perferretur, funeris eſt, licet nondum homo funeretur. Idemque & ſi quid ad corpus cuſtodiendum vel etiam commendandum factum ſit vel ſi quid in Marmor vel veſtem collocandum. d. l. §. 4.

Et in l. 37. ff. eod. MACER dicit. *Sumptus funeris accipitur quidquid Corporis cauſſa veluti unguentorum erogatum eſt: & pretium loci in quo defunctus humatus eſt: & ſi qua vectigalia* (veſtiaria ſecundum alios) *ſunt, vel Sarcophagi, & vectura, & quidquid corporis cauſſa, antequam ſepeliatur, conſumptum eſt, funeris impenſam eſſe exiſtimo.*

Monumentum autem ſepulchri id eſſe, Divus Hadrianus reſcripſit, quod monumenti, id eſt cauſſa muniendi ejus loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. Itaque ſi amplum quid aedificari teſtator juſſerit, veluti in Circum porticationes, eos ſumptus funeris cauſſa non eſſe. l. all. §. 1. quibus adde ſis LEYSERUM in Specimine Pand. 484. medit. 1, 2, 3, & 4. ubi exemplo elegantiſſimo totam rem illuſtrat.

§. III.

Ad funeralia quid referatur, vidimus. Id extenditur jure communi ad Salaria Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopola-

a) BOYVE ad LL. I. f. 579.

polarum, quatenus ſcilicet pertinent ad ſumptus in ultimam curationem & infirmitatem debitoris mortui factos, utpote quos ſumptibus funeris æquiparare ſolent. *a*) Sed cum mores noſtri in alia omnia abeant, de his infra dicendi locus erit.

CAPUT III.

DE PRIVILEGIO FISCI.

§. I.

Poſtquam his ſatisfactum eſt, primum locum ſecundamque claſſem occupant *Jura Fiſci*, L. I. f. 579. *En premier lieu les droits Fiſcaux, comme droits Souverains, ſeront mis au premier rang.*

§. II.

Fiſcalia hæc jura ita definit BOYVE *b*) *ce qui eſt dû au Souverain par droit de haute régale; Déniers qui ne peuvent être dûs qu' au Souverain.* & que la Loi 251. de l'ancien Coutûmier de Moudon f. 109. appelle *Déniers & Cenſes dues à la Principauté.* 1)

1) Talia ſunt: *Les impots militaires, les Subſides, les cenſes de péage abérgé, les droits d'éntrée & de ſortie, les cenſes de garde & de porterie, les aides, la traite foraine, les cenſes d' amortiſſement, celles dues à l' Egliſe qui ſont retombées dans le domaine du Souverain, les Cenſes d' hommages, les contributions pour l' E'tat, pour les ponts, les chemins. &c. c)*

§. III.

Nobilis hic quæſtio oritur; *ſi debitor crimen confiſcationem involvens admiſerit, quid ex bonis ejus fiet, eane omnia occupabit*

a) LAUTERBACH. ad tit. de reb. aut. Jud. poſſid. §. 29.
b) ad L. I. f. 579. *c*) BOYVE ad L. I. f. 579.

pabit Fiſcus? Reſpondetur ſimpliciter negando, *Non poſſunt enim ulla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt, id enim bonorum cujusque intelligitur eſſe, quod æri alieno ſupereſt.* l. 11. D. de Jure Fiſci. & L. I. f. 259. ubi eadem ſanctio reperitur; Neque id a principiis æquitatis alienum, *Car*, inquit vir de Jurisprudentia noſtra optime meritus, *ſi la choſe étoit autrement, on puniroit les innocens pour la faute du coupable, en confisquant les biens des légitimes créanciers, ce qui ſeroit abſurde & contraire aux régles les plus communes de la Juſtice* a)

Nihilominus tamen quis ita argumentari poſſet; *Lex I. f. 579. declarat. Jura fiſci, ut majeſtatica*, comme droits Souverains, *primum in concurſu gradum obtinere; atqui confiſcatio eſt jus fiſcale, ergo poteſt fiſcus omnia damnati bona ad ſe trahere, creditoribus, invita L. I. f. 259, plorare juſſis.* Sed audiamus Dn. SEIGNEVX huic objectioni eleganter reſpondentem: *J' obſerve d' abord, que les termes de la Loi I. f. 579. ne font mention de la préférence du fiſc, que lors qu' il peût être enviſagé comme* Droit Souverain, *cette diſtinction tirée des termes de la Loi fait ſentir, que le droit de fiſc n' étant plus par lui même un droit Souverain, la préférénce du fiſc ne peût jamais avoir lieu dans les cas ordinaires, mais ſeulement dans ceux, ou le droit de Souveraineté eſt manifeſtement intéreſſé, & qu' ainſi dans les cas ou le Souverain fait exercer la Juſtice criminelle comme Seigneur de Jurisdiction, la confiſcation des biens du coupable, n' exclud jamais le droit de tous les légitimes créanciers, & le fiſc n' acquiert la poſſeſſion de ſon héritage, qu' après l' avoir purgé de toutes débtes. On ne ſent pas trop dans quel cas le droit de Souveraineté pourroit être intéreſſé, ſi on excépte le cas de crime de Léze-*

a) SEIGNEUX Syſteme de Jurispr. criminelle C. 65. §. 3.

Léze-Majeſté au premier & ſecond chef. Quelques Juriſconſultes ont mis dans le même rang le crime de Léze-Majeſté divine, & le crime d' héréſie, pour les quels la confiſcation devient un droit de Souveraineté, cependant il ne paroit pas, que cet uſage ait toujours lieu au préjudice des légitimes créanciers ; l'exémple de DAVEL, *qui étoit tombé dans le crime de Léze-Majeſté, & dont les biens fûrent diſcutés & diſtribués à ſes créanciers, prouve que l'intention du Souverain n'a pas été de faire éxécuter alors au pied de la léttre la Loi, qui donne la préférence au fiſc au préjudice des créanciers.* a) Et paulo poſt pag. 316. & 317. *Lors que le Seigneur vient à tomber dans le cas de félonie, ou crime de Léze-Majéſté, pour lors le haut Seigneur ou le Souverain réunit à ſon domaine toutes les inféodations & droits, que poſſédoit le coupable, & c'eſt ici que la Loi, qui donne la premiére place au fiſc comme droit Souverain, trouve ſon application. Cette diſpoſition n'a cependant rien de contraire au principe de l'équité, parce que le domaine utile n'ayant été concédé, que ſous cértaines conditions, & le haut Seigneur s'étant réſervé le domaine diréct, qui eſt équivalent à la proprieté, il conſérve un droit privilégié ſur la choſe excluſivement à tous autres Créanciers.*

§. IV.

Quoad alia Jura & alios titulos ſummi imperantis 1) eumdem in concurſu ſervant ordinem, ac ea privatorum quorumcunque, *b*) Ubi jus noſtrum à Civili differt, nimirum Romani ita ratiocinabantur, Pignora ſunt vel *Qualificata, quæ vi privilegii ſingularis aliis omnibus publicis, etiam antiquioribus præferuntur*, vel *Simplicia quæ ex communi pignorum jure æſti-*

a) Syſteme de Juriſp. Crim. C. 65. p. 314.
b) BOEHMER ad L. I. f. 579.

æſtimantur. Leges Romanæ pignus *Qualificatum* & quidem tacitum tribuebant fiſco ratione onerum & tributorum *l.* 1. *&* 2. *C. ſi propter publicas penſit*. Quo privilegio, ut vidimus, etiam gaudet noſter fiſcus; Sed illæ etiam fiſco idem *Qualificatum* pignus concedebant ob debita ex contractu in bonis debitoris poſt contractum acquiſitis *L.* 28. *D. de jure fiſci. a)* Quod Jus noſtrum nunquam recepit, apud nos enim Fiſci tantus non eſt favor.

1) *Ces droits fiſcaux ne comprennent pas ce qui eſt dû au Souverain par des ventes, baux, loüages & autres contrats, car par nos uſages le Souverain n'a dans ces cas aucun privilege ſur tout autre Créancier; & même les droits fiſcaux pérdent leur privilége, s'il s'en eſt fait une novation. b)*

CAPUT IV.

DE JURIBUS DOMINICIS.

§. I.

In tertia claſſe collocantur Jura Dominica vel Jurisdictionis. 1) Arg. L. II. f. 581. ubi expreſſe *Les droits Seigneuriaux ou de Jurisdiction, au regard des biens, les quels en ſont mouvans, ſuivront ceux de notre fiſc.*

1) Jurisdictionis Dominus in noſtro Codice vocatur *Sieur Juſticier, haut-Juſticier, Banderet,* & ille, cui hic Juſtitiæ adminiſtrationem mandavit *Chatelain* audit.

§. II.

Hæc jura definiente BOYVE *c)* ſunt, *Ceux qui appartiennent aux Seigneuries & qui ſuivent immédiatement ceux de haute régale.* 1)

1) In hoc numero ſunt, *les cenſes de Jurisdictions infeodées, les droits de Vaſſelage & d'homage, qui ſont dûs aux Seigneurs par leurs Vaſſaux,*

a) HELLFELD. Comp. Pand. §. 1094.
b) PILLICHODY ad L. I. f. 579. *c)* ad L. II. f. 81.

Vaſſaux, la portion que les Seigneurs de Jurisdiction ont aux indemnités à cauſe de l'acquiſition des fonds par gens de main morte, qui les ont mis par la à l'ábri de l'échute, du droit de déshérence, de biens vacans & de batardiſe, au cas que tels Seigneurs en ayent l'inféodation, car la jurisdiction a le tiers de ce qui eſt dû pour l'indémnité entiére tant du fief que de la Jurisdiction, énſorte que ſi la cénſe du double lod eſt payée pour l'entiére indémnité, le tiérs de cette cénſe eſt dû à raiſon de la Jurisdiction. vid. d'Olive en ſes arrêts L. 2. Ch. 12. & 13. *parce que la confiſcation, la déshérence & autres droits n'appartiennent pas au Seigneur direct. a)*

His accenſentur quoque jura propter *protectionem* debita, & hujus etiam generis ſunt ea, quæ debentur ex *habitatione*, Jura dicta *de Tot Quot*, & alia quæ Jurisdictioni & Feudo vel alterutri cohærent, qualia ſunt, *les Cenſes de la Fauchée, de la Chevauchée, de la Gerberie, de la Panneterie, de l'Avoinerie, de la Garde, du Focage, du Chariage, de la Meſſellerie. des Corvées, des Bannalités b)*, & alia nomina plus quam Barbara.

§. III.

Hoc privilegio non gaudent Domini Jurisdictionis quoad impenſas quæ in detentionem & capitale ſupplicium facinoroſorum, obæratorum factæ ſunt. Nam vel bona confiſcata ſunt, vel non. Si prius, confiſcatio per ſupra C. III. §. 3. deducta, fit tantum ære alieno ſoluto, 1) ergo Creditores præferuntur; ſi poſterius, hoc eſt, ſi nulla confiſcatio accidat, tunc Dominus acquirit tantum Jus hypothecæ generalis in bonis damnati a die patrati ſceleris, *c)* quo in caſu inter hypothecarios collocandus erit.

1) *Il me paroit tout a fait conforme à la Jurisprudence de la L. 1. f. 259. (je ne dirai pas de nos coutûmes, parce qu'elles ont varié) que le Seigneur Haut-Juſticier ne ſoit point rémbourſé de ſes frais en ce cas, qu'après toutes déttes payées. Tantot il gagne par la confiſcation, tantôt*

a) BOYVE ad L. II. f. 581.
b) BOYVE ad L. II. f. 581.
c) SEIGNEUX Syſteme de J. C. Chap. 66. p. 321.

tantôt il perd, & il eſt dans la nature des choſes, que celui qui a le gain, ait auſſi la pérte. Secundum naturam eſt, incommoda cujusque rei eum ſequi, quem commoda ſequuntur. *Mais énfin la loi l'aſſigne pour ſes frais ſur les biens confiſqués*; & devra le dit Seigneur ſur la dite moitié, qui eſt la confiſcation, ſupporter les frais tant de la détention, que de l'éxécution du criminel, les mariages de femme, & autres dêts du criminel devant être tout premier levés. *Voila la marche. A quoi ne s'oppoſe pas le Mandat du 16. Jan. 1713. bien qu'il diſe*, qu'ávant toutes choſes les dépens ſurvenus ſoient prélevés ſur les biens du criminel, *parce que ces térmes ſont rélatifs à leur objet, qui eſt la confiſcation, la quelle les Vaſſaux prétendoient ſans aucuns frais des biens du criminel, dont ils faiſoient l'éxtradition à LL. EE., d'ou il réſulte, que ce mandat veût ſeulement dire*, que ces frais doivent ſe prélever ſur les biens confiſqués. *Après quoi je tiens, que quand les Seigneurs de Jurisdiction ne peûvent, pour défaut de droits, faire éxécutér à mort, & qu'ils doivent préſénter le baccon, chaque Seigneur eſt obligé de ſupporter ſes propres fraix, ſans aucûne ſorte de recours, que ſur les biens confiſqués, s'il y en a, j'éxcépte les Seigneurs, qui pourroient avoir en ce cas des titres ou des uſages contraires* D. PILLICHODY ad L. II. f. 581. p. 284. quibus addeſis ejusdem notas ad L. I. f. 259.

CAPUT V.

DOMINI DIRECTI QUÆ PRIVILEGIA HABEANT.

§. I.

Quartam claſſem *Domini Directi* conſtituunt, ſi directi Cenſus, 1) vel quædam illis Laudemia 2) debentur. L. III. f. 581.

1) Vocamus Cenſes diréctes *celles, que le Seigneur de fiéf ou d'arriere fief a conſtituées, ou établies ſur les fonds en reconnoiſſance de ſa diréctcité. C'eſt pour cela qu'on les appélle diréctes & quélque fois Seigneuriales.* a)

2) *Laudemium* feudale in ſpecie, definiente MASCOV. b) eſt *donum quod Domino in remunera-*tio-

a) Dictionnaire des termes &c. p. 204.
b) MASCOV. de Jure Feudorum &c. p. 141. §. 27.

tionem inveſtiturae datur. Sed, obſervante SCHILTERO, *a*) latius patet uſus vocis Laudemii, nam & in emphyteuticis & aliis hujus generis bonis locum habet. Proinde hæc recte definit *Dictionarii* toties alleg. *auctor* pag. 202. §. 14. *Les Lods ſont le prix que le Feudataire, ſous Feudataire, Cenſier, Abérgataire, Emphyteote paye chacun à ſon Seigneur pour le conſentement, qu' il veut bien apporter au transport ou à l' alienation du fond ou droits ſur fonds, relevants du fief ou de l' arriére fief du dit Seigneur.* Conf. L. L. f. 99--109. noſtri Cod. ubi de Laudemiis. Conf. & omnino *Carol. Ferd.* HOMMELII orationes acad. §. 31. ſeq. Cap. 7. ubi laudemiorum originem, & quare *feoda Laudemialia* apud Gallos magis, quam apud Germanos frequentia ſint (quod & de Comitatu Veldenſi prædicari poteſt,) optime more ſuo explicat.

§. II.

Quoad Cenſus 1) Domini Directi gemino jure gaudent; nam hi Cenſus vel in numerata pecunia conſiſtunt, vel in frumento, vino &c. Si prius, tunc Lex III. f. 581. Dominis directis permittit, *de ſe payer ſur les pieces mouvantes de leurs fiefs qui ſont en diſcution* L. III. all. cum. BOYVIO ad L. XI. f. 587. Si poſterius, poſſunt per L. XI. all. *Se payer ſur les fruits, & priſes provenuës & crûes ſur les piéces & poſſeſſions mouvantes de leurs fiefs.*

1) Ubi obſervandum, *Solaria*, quæ in gratiam Dominorum directorum ſunt conſtituta, vel quæ, cum in favorem aliorum olim creata ſint, poſtea ad Dominos directos pervenere, (v. C. ſeq. §. 4.) privilegio directorum cenſuum frui. *Mais le Sieur direct* (hæc BOYVII ad L. III. f. 581. verba) *n'a le droit, que de ſe colloquer ſur châque piece de ce que châque piece lui doit & non autrement, car il ne peut joindre tout ce qui lui ſeroit dû pour ſe colloquer ſur celle des piéces, qu'il trouveroît à propos.*

§. III.

Vidimus privilegium Dominorum directorum ratione cenſuum in numerata pecunia ſolvendorum; quoad Lau-

a) SCHILTER diſſ. de bonis Laudemialibus.

Laudemia eodem jure fruuntur L. III. f. 581. Ubi tamen notatione non indignum existimo. 1. Dominos directos ultra trium annorum Census repetere non posse, reliqui enim ex *Edicto de A.* 1591. *& L. I. f.* 295. §. 4. præscribuntur; Laudemiorum vero præscriptionem longissimi temporis esse hoc est 30. annorum, & 2. Quod domini directi privilegio cadant tum circa Census, tum respectu Laudemiorum, *si Novatio* accesserit.

§. IV.

Novatio ergo jura Creditorum mutare potest; hinc, quid hæc sit videndum.

§. V.

Novatio, definiente ULPIANO *in l. 1. D. de Novat.*, est *prioris debiti in aliam obligationem transfusio.* Ex gr. Jure Dominii Directi, quod mihi competit, Titius laudemium debet, proinde in hac quarta Classe collocandus ero, eodem bonis cedente; Jam Titium mihi chirographum dare patior, tunc novatio accidit, &, orto concursu, inter creditores chirographarios locum obtinebo. Antea Titius debebat quà Vasallus, jam debet ex litteris.

§. VI.

Deinde Novatio fit I. vel sine *Delegatione*, quando idem manet debitor & Creditor. II. vel cum *Delegatione*, quando persona debitoris mutatur. 1)

1) Delegatio a Cessione probe distinguenda, nam 1. *Delegatio* fieri non potest, nisi consentientibus omnibus, creditore & debitore; at *Cessio* fieri potest etiam ignorante & invito debitore meo, 2. In *illa* mutatur persona debitoris, in *hac* persona Creditoris.

§. VII.

I. Novatio fit sine Delegatione tribus modis. 1. *Si species obligationis mutatur.* E. gr. debebam 100. ex Stipulatu,

latu, jam eorum nomine do Chirographum. 2. *Si priori obligationi aliquid accedit vel detrahitur.* E. gr. debeo 100. ſine uſuris, jam promitto hos 100. cum uſuris. 3. *Si nihil mutatur, ſed prior obligatio tantum renovatur*, E. gr. dederam chirographum A. 1740, jam novum do A. 1747., priore abolito. Hoc ultimum neceſſario fieri debet; alias enim utrumque valebit & actio inde inſtitui poterit *l. ult. D. de novat.*

II. Novatio fit cum delegatione per *Expromiſſionem*, ſi debitum alterius plane in me recipio, ita ut debitor prior omnino liberetur. 1) Exemplum ſolemne, ex mente HEINECCII, nobis ſuppeditat Paulus Apoſtolus in Epiſt. ad Philem. v. 19. ubi iſte *expromittit* pro ONESIMO. *Si quid tibi debet Oneſimus, ego Paulus mea manu ſcribo, ego ſolvam.* Simul ac Philemon hanc Pauli expromiſſionem accepit, novatio facta eſt cum Delegatione, quia perſona debitoris mutata, quum antea Oneſimus deberet, & jam debitor factus ſit Apoſtolus. *a)*

1) Id unum adhuc quæri poſſet, quo modo differant *Fidejuſſio* & *Expromiſſio.* R. 1. per *Fidejuſſionem* nulla fit novatio, per *expromiſſionem* novatio fit. 2. *Fidejuſſoris* obligatio non perimit obligationem debitoris principalis, ſed ei tantum accedit in ſubſidium; *expromiſſor* priorem debitorem plane liberat.

CAPUT VI.

DE SPECIALIBUS HYPOTHECIS &c.

§. I.

Inter omnes claſſes numeroſiorem hac Quinta dari non puto. Huc referuntur I. Domini Soli ratione Solarii, II. Qui Specialem habent Hypothecam, III. Salaria.

§. II.

Dixi in hac claſſe collocari I. *Dominos Soli ratione Solarii arg. L. IV. f. 581. Solarium*, quod vocamus *Cenſe foncière*

a) HEINECCIUS Recitat. ad Tit. Quib. mod. oblig. toll. p. 521.

ciére g. *der Boden-Zinß*, proprie *eſt, quod ex ſoli ſuperficie debetur*, & proinde *a canone emphyteuticario* diſtinguitur, cum hic tantum in recognitionem dominii directi à domino utili præſtetur. *a*)

§. III.

Sed hæ definitiones Juſtinianeæ ſunt. Solarii vox latius patet apud nos. *Les Cenſes fonciéres ſont de trois ſortes*, inquit BOYVE *ad L. V. f.* 555. I. Les unes ont été créés par les contracts Emphyteutiques ou d'Abergement 1) *elles ont pris la qualité* de cenſes directes *en deux cas*, *le premier, lors quélles ont été créés en faveur du Seigneur direct; le ſecond, lorsque celui, qui a donné en emphyteoſe, les a cédées au S. direct; mais elles demeurent fonciéres, ſi elles réſient entre les mains de toute pérſonne qui n'a pas la directe.* II. *Les autres de ces cenſes ſont* celles, que les Particuliers ont anciennement réſervé en leur faveur ſur les fonds, qu'ils ont vendu ou remis à d'autres; *elles deviennent auſſi directes, lors qu'elles ſont cédées au S. D.; mais aujourd'hui qu'on a mis par tout en régle la directicité, & qu'il eſt défendu aux Particuliers d'en établir de nouvelles, parce qu'elles ſurchargent le fief; ſelon la Loi IV. f.* 97. *elles ſ'éffacent peu a peu a méſure qu'elles ſont réintégrées par les Seigneurs directs.* III. *La troiſieme ſorte de cénſes fonciéres eſt celle, que la loi appelle ici* Penſionnaires, ce n'eſt qu'une conſtitution de réntes ou cénſe d'éngagéres, lors qu'elle eſt crée par quelcun, qui a reçû d'un autre une ſomme d'argent, pour l'intereſt de la quelle il a créé une cenſe pérpétuelle ſur le fond 2); *Cette cenſe n'eſt pas moins défendue que la précédente, & pour la même raiſon; énſorte qu'on ne crée plus aujourd'hui d'autres cenſes penſionnaires que celles des léttres de rénte.*

1) Bona Emphyteutica vocantur gallice: *Biens Emphyteutiques*, germ. *Erb-Zins-Güter*, toto cœlo a bonis Cenſiticis, *d'Abergement*,

a) LAVTERBACH Coll. ff. ad T. de ſuperficiebus. §. 24.

ment, *Zins-Güter*, diverſa, apud Germanicæ originis gentes tam frequentibus, ut in dubio bona magis *Cenſitica* quam *Emphyteutica* eſſe præſumantur. CARPZOV. P. II. Conſt. 39. Def. 1. ſeqq. In regione vero Veldenſi bona Cenſitica cum Emphyteuticis confunduntur, teſte auctore *Dictionnarii des termes du droit du Pays de Vaud. p.* 181. quamvis id contra reliqui juris analogiam ſit.

2) Multa ſunt prædia, ex quibus *annuus ſolvitur cenſus*, vel quia venditores, accepto minore pretio, illum ſibi reſervarunt, vel quia, prohibitis contractibus uſurariis, loco uſurarum veteres emere ſolebant cenſus vel reditus annuos ſive *redimibiles*, *ablöſsliche Renten*, ſive *irredimibiles*, *unablöſsliche Renten*. STRYK *Cautel. Cont.* II. 8. 13. HEINECCIUS *Comp. Pand. p.* 3. §. 337. Conf. LVDEWIG *de Iure clientelari Germanorum Sect.* 2. *C.* 2. §. 4.

§. IV.

Vbi ergo *Leges IV. f.* 581. *& V. f.* 555. de Solario (*des Cenſes fonciéres*) loquuntur, intelligimus tantum 1. *celles, qui n' ont point été paſſées en faveur des Seigneurs de fief, & qui ne ſont point tombées au profit de leur domaine direct, mais qui ſont réſtées entre les mains des particuliers*; 2. *& par les* Penſionnaires *on ne doit entendre que celles, qui ſe trouvent conſtituées avant la datte de ce Code par des engagéres, dans un temps, au quel elles n' étoient pas encore défendues, & qui n' ont pas été rachetées par les Seigneurs de fief, ou qui ne leur ont point été cédées* a).

§. V.

Huc quoque II. referendi ſunt *Hypothecarii, qui ſpecialem habent hypothecam* L. IV. fol. 581. Hypotheca enim ſpecialis, quamvis tempore poſterior, generali, priori licet, præfertur. L. un. f. 65. Tit. VII.

§. VI.

Ut autem certo procedam ordine, videndum I. Quid ſint ſpeciales Hypothecæ II. Quid circa eas juſtum ſit?

§. VII.

a) BOVVE ad L. V. f. 555.

§. VII.

Ad ſpeciales hypothecas pertinent I. Ita dictæ *Lettres de rente*, quas ego, quamvis minus eleganter, *Litteras Hypothecarias* voco, Germ. *Gült-Brief. L. IV. f.* 581, & *L. XI. f.* 298. *Nov. Cod. Bern.* quæ ſunt: *Un Contract inſtrumenté par Notaire* 1), *par le quel le Débiteur reçoit une ſomme d'argent, dont il promet de payer annuellement l'intérêt au* 5. *pour cent* 2) *à ſon Créancier auſſi long temps, qu'il ne voudra payer le Capital* 3) *ſous la ſureté des Hypothéques, qui doivent valoir trois fois la valeur du Capital* 4) Dictionnaire des termes &c. *p.* 31.

1) *Multis in locis*, inquit vir Academ. Tubingenſis decus quondam & ornamentum, *ill.* LAUTERBACHIUS, *ſaluberrima conſuetudine receptum eſt, ut hypothecae maxime rerum immobilium, in Judicio conſtituantur, & ad acta publica referantur, ne eadem res pluribus ſaepius nequiter obligetur a).* Secundum hanc deciſionem leges noſtræ conditæ videntur, & in Litterarum hypothecariarum conſtitutione maximas requirunt ſolemnitates. Nam Edicto a. 1613. §. 1. & a. 1678. 10. Aug. cautum: *Que l'emprunteur doit être muni d'un acte de néceſſité de faire l'emprunt, qu'il faut demander en Juſtice.* 2. *Que les léttres de rénte ſeront homologuées par les Juſtices d'ou les fonds rélévent.* 3. *Enrégiſtrées par le Curial ſur un livre fait exprès pour y avoir recours au beſoin.*

Tales ſunt litteræ hypothecariæ κατ' ἐξοχήν; minus ſolemnes vero poſſunt creari 4. modis inquit vir Cel. Dn. PILLICHODY: 1. *ou ſans acte de néceſſité ni homologation en Juſtice*, 2. *avec l'acte de néceſſité ſeul*, 3. *avec l'homologation judiciaire ſeulement* 4. *avec l'acte de néceſſité & l'homologation énſémble.b)* Cautelæ tamen eſt, omnes ſolemnitates adhibere; *Faute de quoi*, ait idem ille vir conſult., *en cas de diſcuſſion, de ſubhaſtation, & de double hypothéque, les léttres de rénte homologuées, quoique poſtérieures, ſeroient préférables ſur les fonds y affectés.* c)

Præterea in genere quoad omnes hypothecas obſervandum: *Que ſi dans le temps de la collocation la priſe du fond hypothéqué n'étoit pas cueillie, ou qu'elle n'eût pas été levée de gage, ou ſubhaſtée par quélque Créancier,* elle

a) LAUTERBACH ad Tit. qui pot. in pig. §. 3.
b) PILLICHODY pag. 62. c) Idem p. 63.

elle ſuivroit l'hypothéque, comme l'acceſſoire ſuit le principal, mais l'hypothéque & la priſe ne ſont pas moins aquiſes aux Créanciers en mieux vallüe, s'ils en font la rétraction en payant le Créancier hypothéquaire. BOYVE ad Leg. IV. f. 581.

2) Non præciſe *Quincunces* requiruntur uſuræ, poteſt, ſi velit, Creditor *unciario foenore*, vel *uſuris ſextantibus*, vel *quadrantibus*, vel *trientibus* contentus eſſe. Quincunce vero majores non admittuntur, neque *Anatociſmus* ullus permittitur. Edicto de A. 1613.

3) Hinc patet, creditorem ſortem integram repetere non poſſe, niſi ex edictis de A. 1618. 27. Feb. & 1658. 23. Jul. 1. *Si le débiteur aliéne les hypothéques.* 2. *S'il laiſſe accumuler trois intérêts.* 3. *Si par ſon mauvais ménage il mêt en danger le Créancier.* 4. *Si après l'hotage notifié, il laiſſe écouler plus d'un mois ſans payer l'interêt pour le quel il aura été notifié.*

E contra Debitor poteſt ſortem antea reſignatam, dummodo trium menſium ſpatium elapſum ſit, pro lubitu reddere. Vid. Edictum de A. 1658. & 1678.

4) Qualicunque Hypotheca contentus eſſe poteſt Creditor ſi velit; attamen plerumque hæc ſummæ debitæ quantitatem ter excedit. vid. Edictum de anno 1678. Adeo, ut ſi Titius 100. in mutuum Cajo dederit, Cajus ei opponere debeat fundum, qui valeat 300., exceſſusque ille vocatur *la mieux vallüe.*

§. VIII.

II. Specialis hypothecæ genus eſt quoque ita dicta *la Gardance de damn, ou Dégravance* germ. *Schadlos-Brief*, quæ forſan non incommode vocari poſſet *Contractus indemnitatis*, quem dico eſſe *Pactum, quo debitor fidejuſſori fundos ſpecialiter opponit* 1), *ut hic indemnis præſtetur, ſi pro illo coactus fuerit ſolvere Creditori.* 2)

1) *Opponere* etiam pignori dare ſignificat. TERENT. *Phorm.* 4. 3. *Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas*; teſtes ſunt mihi præterea SENECA l. 7. de benef. C. 14. ubi inquit *Rebus meis in ſecuritatem creditori oppoſitis.* Et CATVLLVS in lepido Epigrammate 26. quod referre liceat integrum:

Furi

Furi villula noſtra non ad Auſtri
Flatus OPPOSITA *eſt, nec ad Favoni,*
Nec ſaevi Boreae, aut Apeliotae,
Verum ad millia quindecim & ducentos
O ventum horribilem atque peſtilentem.

2) Hæc hypotheca conſtitui debet coram Judice, ſub cujus jurisdictione bona oppignorata ſita ſunt, inſtrumentumque conficiendum ab Actuario curiæ judicialis, & judicis ſigillo muniendum; quod ſi hæc requiſita non adſint, pactum declaratur *nullum*. Edicto de a. 1694. 26. Decemb.

§. IX.

III. *Specialiter* quoque oppignorari poſſunt *fundi empti, nondum ſoluti* Edicto de A. 1615., dummodo hypotheca conſtituatur tempore venditionis; nam ſi non in continenti, ſed ex intervallo id fieret, ea non valeret tanquam ſpecialis, ſed inter generales referri deberet. *a*)

§. X.

IV. Uxores quoad dotem pecuniariam, vel fundum æſtimato datum, generali tantum hypotheca in bonis mariti gaudent. Poſſunt tamen ſi velint, ſibi de *ſpeciali* proſpicere *b*), quam vocamus *un Aſſignal*, & eſt *Pactum, quo maritus uxori ſpecialem conſtituit* 1) *Hypothecam in ſecuritatem bonorum dotalium & paraphernalium.* 2)

1) *Tout Aſſignal ne peut être donné qu'en Juſtice; il faut que le mari faſſe ſa confeſſion par ſérment un mois après la réception des déniers ou des Créances reçus de ſa femme, enſuite de la quelle le Curial expédie l'acte d'Aſſignal, que le mari donne a ſa Femme pour ſa ſureté, ſous peine de la nullité de l'aſſignal, s'il eſt conſtitué d'une autre maniere.* BOYVE ad L. X. fol. 585. p. 525. Edictum de A. 1666. 2. Apr.

2) *Soit que le Mari ait donné un aſſignal ou non pour la dote, il peut néanmoins en donner pour les biens reçus de ſa femme, & tout autant de*

a) BOYVE ad L. I. f. 65. b) PILLICH. ad L. X. & IX. f. 585. p. 294.

de fois qu' il en recoit, ſoit en donnant d'autres fonds que les premiers, ou les mêmes en mieux valuë, & tout aſſignal peût être pris en diſcuſſion, de la même maniére qu' un créancier par léttres de rénte ſaiſit ſes hypothéques. Id. ad L. X. fol. 585. pag. 525.

§. XI.

Hæ ſunt quatuor Hypothecæ ſpeciales *expreſſæ*; aliæ non dantur. *a)*

§. XII.

Tacita quoque leges noſtræ introduxerunt *pignora ſpecialia.* Ita I. Leges XXVII. f. 149, I. f. 285, & IV. f. 289. eis, qui in caſibus ibi propoſitis dirutas ædes reficere tenentur, ſpecialem Hypothecam in extructa domo concedunt.

§. XIII.

II. Cuilibet membro communitatis, *à châque Communier d'un Village*, indultum eſt, 1) ut intra fines iſtius jure paſcendi gaudeat 1. *Sur les champs après la récolte.* 2. *Sur les près après le prêmier foin ou le ſecond*, 3. *ſur les térres qui ſont en Jachére autrement en ſemor. b)*

Jam vero, ſi cupiam fundum meum ab iſta ſervitute immunem eſſe, poſſum a Communitate emere *jus prædium claudendi*, dummodo ſolvam certum pretium. Quod ſi in continenti ſolutionem offerendi mihi copia non ſit, tunc Hypotheca Specialis tacita arg. L. IV. f. 279. Communitati in meo prædio competit ad integram usque ſatisfactionem.

1) De juris iſtius origine non conſentiunt Jurisconſulti, quidam putant, ait BOYVIUS *c) que ce droit s' eſt établi par le commun conſéntement des prêmiers habitans, qui au lieu de faire paître leur bétail, châcun ſur ſon propre fond, ſont convenus de le faire en commun ſur leurs fonds en général.* Alii inter quos OLIVIER p. 134. volunt,

a) BOYVE ad L. I. f. 65. *b)* Id. ad L. IV. f. 279.
c) ad L. IV. f. 279. p. 221.

lunt, que ce droit vienne des Seigneurs, qui l'ont accordé aux Communes pour la ſubſiſtence du bétail, & que c'eſt à cauſe de cela, qu'elles leur payent certaines redevances, qu'on appéle Uſages.

§. XIV.

III. In L. XII. f. 587. reperitur quoque ſpeciale pignus. En verba legis: *Le Maitre d'un Granger ou Vigneron lui ayant fourni argent, graines ou autres choſes, pour l'entretien de ſa famille & de ſes Manouvriers, en faiſant ſon labourage; le dit Maitre pour ſon payement ſera préférable à tous autres* 1) *ſur la part du Granger ou Vigneron, compétante és fruits & priſes provenantes de ſes poſſéſſions données a culture; encore que le Granger ou Vigneron auroit ſpécialement hypothéqué leur dite part à d'autres.*

1) Hoc privilegium tamen ita intelligendum: 1. *Il faut que le maitre ait fait des avances, car ſans cela les Vignerons ſont en droit de diſpoſer de leur moitié.* 2. *C'eſt ſans préjudice du Seigneur direct.* 3. *Cette préférence ne donne pas atteinte au droit du Créancier du Vigneron, s'il ne redoit rien au maître ſur la priſe.* 4. *Enfin ſi le Créancier du maître ſubhaſte le fond, il ne peût cependant faire ſienne la part de la priſe du Vigneron.* BOYVE ad l. all.

§. XV.

IV. Lex XIII. f. 589. ſimile privilegium concedit: *De méme quand quélcun aura donné ſon bien en amodiation à un autre, il ſera préférable pour le payement des fermes de ſon dit bien ou bétail ſur les priſes & revenûs dela provenants, & ce avant tous autres, bien que tels fermiers les auroient hypothéqués à quélques autres*, 1) Conf. quæ celeb. PILLICHODY & BOYVE ad hanc legem egregia notarunt.

1) Rationem hujus privilegii & apud Gallos exiſtentis, ita reddit DOMAT a) *Parce que ces fruits ne ſont pas tant ſon gage, qu'ils ſont ſa choſe propre jusqu'au payement.* Et poſtea addit in nota: *Cette préférence doit s'éntendre ſelon nôtre uſage à l'égard des fruits qui ſont*

ou

a) DOMAT Loix Civiles L. III, T. I. S. V. §. XII.

ou pendans, ou encore en la puiſſance du débiteur. Car s'il les a vendus & livrez à un acheteur de bonne foi, ils ne peuvent être vendiquez entre ſes mains. Ainſi celui qui dans un marché achête du bled d'un Fermier, ne pourra être rechérché par le proprietaire du fonds d'ou eſt venû ce bled, pour le payement du prix de ſa ferme, car il a dû veiller à ſon payement. Ce privilége des proprietaires, pour le prix de leur ferme, eſt acquis à ceux mêmes qui n'ont aucun bail écrit. Car il ſuffit qu'il paroiſſe, que les fruits qu'ils vendiquent, ſoient venûs de leurs fonds.

§. XVI.

Hæc de bonis immobilibus. Specialiter quoque oppignorari queunt mobilia, & itidem vel tacite, vel per conventionem. De *Pignoribus Conventionalibus* Edicto de A. 1631, 16. Jun. cautum: *Que quoiqu'on ne puiſſe donner l'hypothèque d'un fond que par main-publique, l'on peût cependant affecter ſes meubles de main-privée.* Cautelæ tamen eſt mobilia coram Notario ſecundum L. 151. Lauſannenſem oppignorare. *Car on eſtime*, hæc BOYVII verba, p. 158. *que les hypothéques de main privée ſont ſuffiſantes entre l'Hypothéquant & l'Hypothéquaire dès qu'il n'y a aucun Intérvenant, car alors ſi ce dérnier a fait une levation de gages ſur ces meubles hypothéquès, il eſt en droit de douter de la réalité de l'hypothèque, qui peut être colluſoire & donnée après coup, en fraude du Créancier. Il vaut donc bien mieux donner l'hypothèque par main de Notaire, puiſque ſuivant la ſus dite Loi 151. l'Hypothéquaire a le droit de préférénce ſur la lévation de gage.*

§. XVII.

Tacitorum præcipuas videamus ſpecies. I. Locator ædium, 1) cellæ vinariæ, tabernæ, 2) &c. ſpecialem habet hypothecam in rebus mobilibus Conductoris tamdiu, quamdiu hæ res illis ædibus inſunt, ſed eis amotis privilegium illud expirat. 3)

II. Cauponibus & reliquis, qui homines in convictû habent, (*ceux qui tiennent des penſionnaires,*) nec non depoſitariis ſpecialis hypo-

hypotheca competit in mobilibus, quæ domi receperunt, vel quorum cuſtodiam ſuſcepere, ſi quid illis debetur.

III. Commiſſionarii, Plauſtrorum & Navium ductores eodem jure gaudent in mercibus eorum curæ commiſſis propter ſalaria illis debita, nec non tributa & vectigalia, quæ forſan ſolverunt. *a*) BOYVE ad L. XIII. f. 589.

1) Quod Juri Rom. ſimile, *eo jure utimur*, ait NERATIVS in L. 4. D. in q. cauſſis pig. v. h. t. c., *ut quae in praedia urbana inducta, illata ſunt, pignori eſſe credantur. Neque id ſolum pro penſionibus*, addit MARCIANVS in l. 2. eod. *ſed & ſi deteriorem habitationem fecerit culpa ſua inquilinus.* Conſentit Jus Gallicum teſte DOMATIO L. III. T. I. S. V. §. 14. qui ibi in nota obſervat. *Que ce privilege ſur les meubles des locataires eſt acquis à ceux mêmes, qui n'ont aucun bail écrit. Car c'eſt aſſez que ces meubles ſe trouvent dans la maiſon tenue a loyer, pour être affectés aux proprietaires.* Quibus adde §. 15.

2) *Si horreum fuit conductum, vel diverſorium, vel area, tacitam conventionem de invectis & illatis etiam in his locum habere putat* NERATIVS; quod verius eſt l. 3. ff. *in quib. cauſ. pig.*

3) Quod denuo in Gallia obſervatur; *Si les meubles du locataire ne ſe trouvoient pas dans les lieux loüés, lorsque le proprietaire pourſuit ſon payement, il ne pourroit les ſuivre entre les mains des tiérces pérſonnes; ſi ce n'eſt qu'il y eut une fraude à ſon préjudice.* Id efferunt Galliæ JCti per illud adagium; *Les meubles n'ont point de ſuite par hypotheque;* quod adagium Juri romano contrarium ait TAISAND *b*) & in ſpecie l. 2. C. *ſi unus ex plurib. her. Cred.* l. 10. C. *de pign. & hypoth.* §. 7. J. *quae res pign. Oblig. poſſ.*
Vid. DOMAT. loix civiles L. 3. T. I. S. V. §. 14. in nota: Adde tamen §§. 16. & 17. ubi duæ exceptiones occurrunt.

§. XVIII.

II. Jam quid circa Speciales Hypothecas juſtum ſit, videamus.

§. XIX.

De his hanc unicam leges noſtræ ſervant regulam: *Quæ priores tempore, potiores jure ſunt.* Lex enim XII. f. 298. Nov.

a) DOMAT L. III. T. I. Sect. V. §. XI.
b) Coutume de Bourgogne. Tit. V. §. I. pag. 302.

C. Bern. id totidem verbis declarat. *Was den Rang der Specialitäts-Anſprachen unter einander anbetrifft, ſo hanget derſelbe lediglich von der Zeit ab zumalen, wann es um Bezahlung ſolcher Schulden zu thun iſt, die ältere allemal der jüngern vorgehen ſoll.* Neque refert, an res pignori datæ mobiles an immobiles ſint. Nam inquit vir Conſ. BOYVE ad L. IV. f. 581. *Les créanciers hypothéquaires ſur Meubles ont le méme droit, que les hypothéquaires ſur fonds.*

§. XX.

Sed quis eſt *prior tempore?* R. *qui prius credidit pecuniam, & prius accepit hypothecam*, hæc duo enim ex ſententia GAII *l.* 11. *pr. D. qui pot.* concurrere debent. Unde, ſi Titius prima menſis die, ſine hypotheca credidit, & ſecundo die Sempronius contraxit, inſimulque fundum Tuſculanum pignori accepit, tertio autem die Titius eamdem quoque hypothecam accepit, Sempronius, utpote qui prius utrumque fecit, in concurſu creditorum præfertur. *a)*

§. XXI.

Prædicta autem regula *Prævalet jure, qui prævenit tempore*, eô modo ampliatur, ut nòn ſolum præcedat in ſorte principali, ſed & in omni quod debetur, ergo etiam in uſuris licitis, utpote quæ ſunt acceſſoriæ, & hoc non ſolum de Jure Romano arg. l. 18. ff. *qui pot. in pig.* prædicari poteſt, ſed & de noſtro per Leg. XXIII. f. 303. Nov. C. B. de A. 1762. ita ſonantem: *Es hat in Anſehung der zinsbaren Schulden die Meinung, daß dieſelben, wo ſie die älteren ſind, ſowohl für Haupt-Gut als Zinſen, obwohlen dieſe jünger wären, völlig ausbezahlt werden ſollen: Als welches auch von den Betreibungs-Köſten, wann deren aufgeloffen, gelten ſoll.*

§. XXII.

a) LAUTERBACH ad T. qui pot. §. 8, 9. ſeqq.

§. XXII.

III. Ad *Salaria* nunc devenio, quæ ad hanc claſſem quoque pertinent. Horum fatum omnino ſingulare eſt, duo enim loca occupant aut 1. *Ante ſpeciales hypothecas, ſi Salarium ante earum conſtitutionem debebatur.* aut 2. *Poſt easdem, ſi hæ tempore priores ſint.* L. V. f. 583.

§. XXIII.

Salarium eſt *juſta debitaque laboris ſive operæ ſumptæ ſumendæve, vel etiam officii in quacunque re, ad referendam vicem compenſatio, permutatio, viciſſitudo, remuneratio, adæquatio; à quo, qui ſalarium percipiunt, Salariarii dicuntur. a)*

§. XXIV.

Huc ſpectant *ſalaria Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopolarum b)*, quatenus pertinent ad ſumptus in ultimam curationem mortui debitoris factos *c)*, idque propter eorum neceſſitatem & utilitatem. Quamvis vero nihil rerum naturæ magis conſentaneum ſit, res tamen paulo aliter quondam ſeſe habuit; Nimirum L. VIII. f. 585. cautum fuerat, *Les Medecins, Chirurgiens, & Apoticaires devront demander leurs ſalaires & leurs déttes* 14. *Jours après que leurs Malades & Patiens auront recouvré leur ſanté, ou bien* 14. *jours après leur mort; que s'ils ne le font, leurs obligations & dettes ſeront colloquées pour leur payement au même rang des cédules.* Uſus vero huic legi jam a longo tempore conſilium abeundi dedit; *d)* neque me quidem judice injuria.

§. XXV.

Hactenus dicta non immerito 1) ad eos, qui ægrotis, in ultimo morbo alimenta ſuppeditarunt, vel eorum curam

a) JACOB. GOTHOFREDUS in tract. de Salario Cap. I. §. 3.
b) BOYVE ad L. VIII. f. 585. *c)* id. ad. l. all. vid. ſupra C. II. §. 3.
d) BOYVE ad L. VIII. f. 585.

alio modo habuerunt, extendenda putarim; Maxime enim refert, ne lecto adfixi inopes deſerantur. *a*)

1) Eos in prima omnium claſſe collocari, ſuadere humanitas videtur; ſed nullam legem allegare poſſum, niſi eam quæ cordibus omnium inſcripta eſt.

§. XXVI.

Deinde conſtante uſu in hoc loco collocata ſunt *minervalia b*) Profeſſorum, ſi quid eis debetur propter Collegia vel prælectiones *c*) *honoraria d*) Advocatorum 1) & Procuratorum; 2) quod ad inſtar Medicorum introductum eſt, & præterea, ut recte obſervat vir conſ. BOYVE, ideo quoniam Advocati & Procuratores, debitoris bona defendentes, Creditorum commoda promovent.

1) Quoad Advocatos ſupra dicta obtinent: *ſeulement pour leurs honoraires ſur le pied de la taxe, à forme des mandats, qui en fixent la quotité & de ce qu'on a accoutumé de leur paſſer dans les taxes de dépens, & nullement ſur le pied des conventions, qu'ils auroient pû faire avec leurs Cliens, car en ce cas ils n'auroient d'autre rang que celui de compte, ſi la convention eſt vérbale, ou que celui de cédule ſi elle eſt de main privée, ou d'Obligation ſi la convention a été faite en Juſtice par les parties qui conviennent du taux de leurs journées; Mais dès que les Avocats ont réglé compte avec leurs Cliens, & qu'ils leur ont accordé téme pour payer, ou qu'ils les ont reçûs à Cedule, leurs honoraires ont dégénéré en déniers de confiance, & ne ſont plus conſidérés comme des déniers privilégiés, mais comme dettes ordinaires.* BOYVE ad L. VIII. f. 585.

2) *De Procuratoribus* hoc verum, *Pourvû que les Journées ſoient tirées ſur le pied des Ordonnances ſouveraines ſelon* le Tit. XI. part. III. *On doit auſſi leur paſſer en déniers privilégiés les émolumens des Cours, qu'ils ont été obligés de payer, pour leurs Conſtituans abſens; Bien entendû auſſi, que ſi les Procureurs ont réglé compte avec leurs Conſtituans,*

a) BOYVE ad L. VIII. f. 585.
b) de hac voce Conf. J. GOTH. in tr. all. C. I. §. 7.
c) BOYVE ad L. VIII. all.
d) vid. J. GOTHOF. in tract. de Salariis C. I. §. 7.

tuans, s'ils ont donné térme, ou qu'ils se soient fait faire quélque promésse, qu'alors il n'y a plus de privilége,

comme on vient de le dire à l'égard des Avocats. id. ad l. all.

§. XXVII.

Inter hæc Salaria numerantur quoque *Famulorum Mercedes a)* quæ de veritate juris civilis quidem quam tamen praxis Germaniæ insigniter mutavit, in Concursu nulla prærogativa gaudent, sed inter simplices chirographarios tantum referuntur, *Famulorum* autem nomine hic veniunt omnes servi, pedissequæ, ancillæ, & mercenarii operas familiares præstantes in coquina, mensa, camera, stabulo *b)* &c. longum eorum catalogum texit BERLICH *p.* 1. *concl.* 64. *nr.* 70.

§. XXVII.

Manupretia 1) tandem manuariam operam locantium inter hæc Salaria comprehenduntur, *c)* quo *arg. L. XLI. f.* 251. trahuntur manupretia omnium illiberales artes exercentium, quales sunt: *Fabri lapidarii, lignarii, sutores, sartores, aratores;* non vero mercedes eorum, quorum ars liberalior est, uti Aurifabrorum, horologiorum opificum &c. privilegio hoc gaudent. 2)

